AB 3255

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-450239-p0001-0

zu OOg5

O.i.840 (1–101).

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-450239-p0002-5

# THESES
# EX TIT. FF. C.
## ET INST. DE FVRTIS ET VI BONORVM RAPTORVM DESVMPTAE.

QVAS DIVINA AVXILIANTE GRATIA, SVB PRAESIDIO CLARISSIMORVM CONSVLTISſimorumque virorum, D. Ioannis Michaëlis Cronenburgeri, & D. Ioannis Hollandt SS. LL. Licent. Dictatoris & Fiſci, in celeberrimo IC. Agrippinenſ. Collegio, publicè diſputandas proponit.

CHRISTOPHORVS GOSMANNVS.

*Anno à partu virginis CIↃ. IↃ. XCIII. XXIX. Aprilis.*




COLONIAE AGRIPPINAE
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT. Rr

90

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-450239-p0003-1

# CONTINVATIO.

*DE acquiſitione obligationum quæ deſcendunt ex conuentionibus, hucuſque dictū eſt ſatis ſuperqꝫ, reſtat videamus de illis, quæ ex delictis naſcuntur.*

D. Alth. lib. 1. Iuriſpr. Rom. cap. 50. Herm. Vult. lib. 1. I. R. cap. 45. Gomez. var. reſol. tom 3. c. 1. Brandt in parat. de priu. delict.

## THESIS I.

*DElictum (quod eodem ſenſu, (a) maleficium & crimen dicitur) nihil eſt aliud quā factum, quo quis contra ius aliquem lædit, læſoqꝫ, ſe ad pœnam obligat.* (b)

(a) nullam enim differentiam inter hæc facio, imò parem harum vocum ſignificationem, nec vnam altera generaliorem aut ſpecialiorem eſſe cum Anton. Merc. contra Rob. lib. 1. animad 6. cap. & Gloſſam ad authen. Qua in prouincia verb. deliquit, C. vbi de crim. agi. oport. aſſero, Iodocus Damhaud in praxi ſua crimin. h. t. Rob. 4. ſentent. 10. textus in l. 7. de cuſtod. reorum, l. ſanctio de pœnis t. t. C. ex delict. def. §. 1. Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſ. t. C. ſi aduerſus delict. l. ſtatuliber de quæſtion. l. 1. de pœn. (b) argum. d. §. 1. Inſt. d. t. tot. t. Inſt. de noxal. action. l. nemo debet, l. alterius, l. factum cuique ſuum de dolo malo, l. magna de V. S. l. 1. & 2. de priuat. delict. Gloſſa ad l. ex hoc iure de Iuſt. & iure.

## II.

*Delicta alia ſunt priuata, alia publica.* (a) *Priuata ſunt quæ priuatam agendi formam habent, nec aliqua lege publica ſunt effecta.* (b)

(a) l. prætor edixit, §. 1. de iniur. l. ſtatuliber 29. de ſtatulib. l. quid ſit fugitiuus 17. §. noxas accipere de Aedilit. edict. l. 1. de pœn. Anton. Gomez. d. loco. Ioan. Rob. lib. 1. animad. cap. 6. 7. & 4. ſent. 10. Cuiac. 8. obſer. 33. VVeſ in parat. de priuat. del. (b) argum. l. 1. de pub. iud. vbi Vlpian. ait ea eſſe publica quæ ex ll. publicorum iudiciorum veniunt conſent. l. 3. de præuar. l. 3. de crim. ſtellionat. Reijcio igitur tres illos Gomez. d. cap. num. 1. & ſeqq. & Clari 5. ſent. §. 1. & Communes Dd regulas quibus publica à priuatis diſtingui arbitrãtur facit l. ſamoſi §. pen. ad l. Iul. Maieſt. l. quod Senatuſconſulto 6. de iniur. Emanuel Zoar. ad Gomez. d. loco. VVeſ. in parat. nu. 3 Eorumq́ue definitionem non recipio qui ea publica dicunt quorum accuſatio cuilibet è populo datur, priuata contra d. l. 6. de iniur. t. t. de pop. action. Cuiac. d. obſ. 33. Rob. 4. ſent. t. 10.

## III.

*Et hæc aut ordinaria ſunt, aut extraordinaria.* (a) *Ordinaria voco quæ própriam ciuilem habent actionem ſoli læſo competentem.* (b) *Extraordinaria quæ habent quidem actionem, ſed popularem, aut non propriam.* (c)

(a) Interp. ad d. §. 1. Inſt d. t. probatur idem per ord. in ff. & l. fin. de priu. delict. l. ſtellionatus de extraordin. crimin. l. 2. de concuſ. Cuiac. d. lib. 8. obſ. 33. Gomez. lib. 3 c. 1. num. 9. VVeſ. d. loco. (b) VVeſen d. loco per d. l. fin. de priu. del. & l. 1. in fin. de iniur. Clar. recept. ſent. §. 1. nu. 5. (c) ſed eam mutuo aliunde accipiunt vid. l. 1. l. fin. ne quis eum qui in iud. l. lege Cornelia §. ex hoc edicto ad Syllan. l. 40. cum l. ſeq. de Aedil. edicto.

Ordi-

## IIII.

*Ordinariorum delictorũ quatuor ſpecies à Iuſtin.*(a) *recenſentur. Furti* (b) *L. Aquiliæ,*(c) *Rapinæ,*(d) *& Iniuriarum.*(e)

(a) in princ. Inſt. de oblig. quæ ex del. naſc. vbi Comm. Dd. (b) t. t. ff. & C. de furt. (c) de hac actum lib. 9. facit l. 4. de oblig & action. in princ. Inſt. h. t. vbi VVeſ. Cuiac. in parat. de priua. delict. vide diſſent. Hottom. in § præterea Inſt. de l. Aquil. Bocer. in diſput. ſub. t. de l. Aquil. (d) d. princ. Inſt. & t. t. ff. & C. de vi bonorum rapt. (e) d. princ. Inſt. & t. t. ff. & C. de iniur.

## V.

*Furtum*(a) *eſt contrectatio,*(b) *fraudoloſa,*(c) *lucrifaciendi gratia,*(d) *vel ipſius rei, vel vſus eius poſſeßionisvè, quod lege naturali prohibitum eſt admittere.*(e)

(a) placet non tantum à fraude, ſed & ferendo dici cum enim non fiat niſi animo & corpore, ferre ad corpus fraus ad animum referri poteſt. Bodin. in Annot. in pand. poſt. h. t. Paulus in l. 1. h. t. VVeſ. in parat. eod. num. 2. (b) l. 1. §. ſola cogitatio h. t. l. cogitationis de pœn. Iul. Clar. lib. 5. ſent. quæſt. 91. (c) l. furtum 37. de vſucap. l. 53. in fin. l. ſaccum 77. & d. l. 1. h. t. l. ſi quis vxori 5. ſi quis animum eod. Cuiac. lib. 3. obſ. 6. vid. l. fullo 82. §. qui ancillam, l. vulgaris 21. §. ſi quis æs eod. §. item ſi is Inſt. de vſucap. §. placuit Inſtit. h. t. Damh. d. loco nu. 10. & ſeqq. (d) dd. ll. nam hæc duo coniunctim requiruntur. (e) l. probrum 42. de V. S. §. iuris præcepta Inſt. de iuſt. & iure, l. iuræ naturæ 206. de R. I. Exod. cap. 20.

## VI.

*Rectè fraudem animumq́ lucrandi requirimus.* (a) *Etenim ſi quis rem quam bona fide appræhendit alienam contrectet, fur non fiet,*(b) *quanquam vſucapere ſecundum Donellum*(c) *non poßit.*(d)

(a) dd. ll. in theſ. præced. ad lit. c. alleg. (b) argum. l. 1. h. t. VVeſ. in parat. num. 6. Duar. cap. 1. Damhaud. d. loco. Donell. 5. Comment. cap. 24. nu. 50. (c) 5. Comment. cap. 15. & 24. (d) l. vlt. C. de vſucap. pro hæred. §. rem Inſt. d. t. l. vlt. C. pro donato, l. Celſus ff. de vſucap. facit l. aſſumptio ad munic. ſiue enim quis pro ſoluto, ſiue alio titulo vſucapere velit, requiritur verè ſolutum l. 1. pro ſoluto verè emptum, l. 2. pro emptore verè donatum, l. 2. 3. & 4. & vlt. pro donato l. 1. §. eſt quæſtio pro dote, l. id quod, l. nemo pro derelicto, l. 44. §. etſi de vſucap. l. vnica v. cum a. C. de vſucap. transfor.

## VII.

*Furtum aliud manifeſtum eſt, aliud nec manifeſtum.*(a) *Illud quando fur depræhenditur*(b) *cum re*(c) *furtiua, antequam ad locum deſtinatum eam transportauit hoc contra dicitur.*(d)

(a) §. furtorum Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc. l. furtorum ff h. t. (b) ſiue id fiat in eo loco vbi furtum commiſſum eſt, ſiue extra eum d. l. 3. §. 3. in publ. vel priuat. l. ſiue igitur 5. eod. à domino vel alio d. l. 3. §. 1. l. 7. in fin. d. t. (c) corporali ſz. l. 77. eod. §. quod a. v. abolita Inſt. de vſucap. l. ſi cretæ ff h. t. l. qui tabulas, l. ſi quid fur 22. §. fin. l. itaque 12. eod. etiam minima. Tiraq. in tract. de iudic. fol. 50. colum. 2. v. 10. VVeſ. in additam ad Schneid. ad §. gallinarum. (d) Inſtit. de Re. Diuiſ. l. 3. cum l. ſeq. h. t. §. furtorum 3. Inſt. eod.

## VIII.

*Sed an huius inquiſitio in alienis ædibus fieri poßit ambigitur ? Et licet negatiua verior*

*rior,(a)ſi tamen Magiſtratus autoritas interueniat,plenè fieri poteſt,(b)isq; apud quem ea inuenitur,ſi corruptæ famæ ſit ad torturam nō condemnationem rapiendus,(c) inuentaq; verò Domino reſtituenda non Prætori aut Fiſco applicanda erit.(d)*

(a)l.quoſdam 6.C.de metallar.§.concept.vbi Schneid.Inſt.h.t.l.plærique 18.de in ius vocand.l.nemo 103.de R.I.l 2.in medio,C.quando & quib. quarta pars.l qui in domum 23.ff.de iniur.l.5.cum l.ſeq.l.4.§ prætor de dam infect.(b)Schneid.d.loco.Cuiac.ad Pau.2.ſent 31.§ ſi cum furtum.Clarus d.ſæpe l n.3.(c)Angel.de malefic.in v. & veſtem cœleſtem nu.19.Clarus d.l.nu.5.& lib.5.§.fin. quæſt.21.nu.4. Thom. Gram. conſil.14 num.3. Hypp.ſing.392.nu.1.Bart in l.fin.de quæſtion.(d)Schneid.in §.fin.h.t.nu.8.Damhaud.in prax.crim.cap.110.nu.5.facit l.captiuus 20.de capt & poſt.reuerſ.

## IX.

*Pœnam verò huius delicti in furto manifeſto ius ciuile ſtatuit quadrupli,(a) non manifeſto dupli;(b)legi 12.tab.alteram,(c)alteram prætori acceptum ferens.(d)*

(a)§.pœna Inſt.h.t.(b)d.§ pœna,(c)nec manifeſti ſc.ſic enim verba 12.tab.concepta fuerunt. *Aſt qui nec manifeſti damnatus eſt duplum ſoluito.* Accurſ.in l.55.de adminiſt.tut.Cuiac.in par.h.t.Herm.Vult lib.2.Iuriſp.Rom cap.19 l.1.§ 22. & 23.de tutel.& rat.diſtrah.(d) Cuiac.ad Paul.ſent 31.§. furti manifeſti & in parat. C de crimine expil.hæred.& in par.C.de ſeru.fugit.Azo Inſt.de action. nu.45.Bald.in l 12.tab.cap.56. Mynſ.in §.pœna Inſt.h.t.Duar ad h.tot.cap.6.text.in §.furti Inſtit de perpet.& temp.action.l.55.de adminiſt.tut.l.1.de tutel.& rat.diſtrah.contra VVeſ.ſibi contrarium in parat. ff.h.t.num.14. & in additam ad Schneid. Inſt.de perp & tempor.action.vid.d.l.tres 55.de adminiſt.tut.Gell.lib.20.cap 1.Auguſt.lib.4.emend.cap.4.

## X.

*Et quidem ijs omnibus hanc intentare permiſſum, quorum honeſtè intereſt rem furto non ablatam eſſe.(a) Quapropter debitor ſi pignus creditori ſurripuit, etſi propriū quodammodo auferat,(b) ſecundum huius tamen delicti qualitatem à creditore conuenietur,(c)imò contra Bartolum,(d)licet ſoluere paratus,non abſoluetur.*

(a)l.ſi cum 41 § 1.l.cum qui §.ſi epiſtola & §.2.l.ſi apes 26.§.1.l.fullo 82.§.1.d.l.14 16.8.10.15 l.creditoris §.2.l.cum æs 20.§.1.l ſi quis vxori 52.§.10.l.furtiuam 74.l.12 §.2.l.ſi dominum 47 l.qui re 76.§.1.l 80.l.82.§.3 l.cuius interfuit 12.cum duab.ſeqq. l.inter omnes 46.§.1.l.ſi is cui 71.§.1.l.rem 78.ff.h.t.(b)§.aliquando 10.Inſt cod.l.in actione 19.h.t.§.vlt.Deut.cap 5.(c)d.§.aliquando & d.l.19.§.5.h.t.(d) Bart.in l.debitor 79.cod.facit l.rei communis pro ſocio.

## XI.

*Quinimò etiam condictione furtiua agere poſſumus ad rei repetitionem,(a) non contra furem ſolum,(b)ſed & hæredem eius(c)inſolidum.(d)Idque cum Communi(e) cōtra Cuiacium(f)palam fiet.*

(a)l.cum qui 14.§.qualis h.t.l.9.& t.t.de condict.furtiua l.ſi pro fure 7.cod.§.ſic itaq; verſ planè odio Inſt.de action VVeſ.in parat.de condict. furt.(b) d §.ſic itaque l. ex re furtiua 5.l.ſiue 10.l.qui furtum 16.de condict.furtiu.(c)§.fin.Inſt.h.t.l.ſi pro fure d.l.ex re furtiua,l.9.d.t.l.ſi tutor 9.§.fin l.ſeq.de tut.& rat diſtrah. VVeſ. d. loco.(d)l.9.l.7.§.vlt.de condict.furt.l.2.§.vlt.de vi bon.rapt.l.vlt C.ex delict.defunct. l. in honorarijs 35.de

act.&

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-450239-p0007-4

act. & obl. VVeſem. in parat. nu 7. de cond. furt vid. Donell in §. ſic itaque v. plane Inſt. de action. (e) hanc defendit contra Cujac. Anton. Fab. lib 4 coniect. cap. 1. per dd. ll. (f) lib. 7. obſer. 37. & lib. 13. obſua. 37. per l. ſi tutor 9. §. vlt. iuncta l. ſeq de tut. & rat. diſtrah. l. 3. de pecul. & Herm. Vult d. lib. 2. cap. 19.

## XII.

*Sed & arbitrariè & criminaliter nonnunquam ad pœnam corporalem inſligendam de iure ciuili agi poteſt.* (a) *Quod an obtineat quadruplo à fure exſoluto inter Dd. controuertitur. Mihi negantium placet opinio.* (b)

(a) l. cum ſeruus 15. de cond. cauſa data cauſa non ſeq. Oldend. claſ. 7. act. 3. l. fi. vbi gloſ. & Commun. Dd h. t. Bart. in Auth ſed nouo iure, C. de ſeru. fugit. Gomez. tom 3. cap. 5. nu. 4. (b) Videatur Gomez. d. loco nu 5. l. interdum, §. qui furem h. t. Cuiac. 8. obſ. 33.

## XIII.

*Hæc autem iure ciuili conſtituta in deſuetudinem abierunt.* (a) *Ius vero conſuetudinarium, quo paßim vtuntur gentes capitalem in fures ſtatuit pœnam,* (b) *quod licet multi improbant fruſtra tamen nituntur.* (c)

(a) VVeſ. in parat. h. t. (b) Conſtit. ſc. Caroli V. in der peinlicher halsgerichts ordnung. Friderici enim Imperat. Conſtitutio quæ extat ſub rubr. de pace tenenda, §. ſi quis quinque ſolidos non ad fures de quibus nos agimus, ſed qui pacem ſimul violant publicam, extendenda eſt argum. d. Rub. de pace tenenda. Borch. cap. vlt de pact. Clar. d. ſæpe loco. Menoch. de reb. iud quæſt lib. 5. part. 3. caſu 295. (c) creſcentibus namque delictis cum exemplo opus eſt, pœnæ exaſperandæ ſunt, l. aut facta §. fin. de pœn. Schneid. ad §. fin. nu. 6. Inſt. h. t.

## XIV.

*Quæ quidem pœna cum capitalis ſit, an in eos etiam extendenda, qui conſilium dederunt, aut opem tulerunt, non inconuenienter quæritur? Et ſtatuendum hoc arbitrarer.*

l. nihil intereſt ff. ad l. Cornel. de ſicar. l. qui domũ, de adult. l. quiſq; §. id quod de prædictis C. ad l. Iul. Maieſt. l. is qui opem vbi Bart. h. t. Schneid. ad §. interdum nu. 10. 11. Inſt. eod. VVeſ. ad d. §. interdum eod.

## XV.

*Quid autem ſi fur rupto laqueo in terram viuus ceciderit,* (a) *aut à puella in matrimonium petatur,* (b) *anne liberabitur? Minimè.* (c)

(a) Clarus §. fin. lib. 5. quæſt. 98. nu. vlt. Fulgoſ. in l. præſenti de his qui ad ſtat. vide Decium qui diſſentit in l. fauorabiliores nu. 8. de R. I. Alciat. lib. præſumpt. reg. 3. præſ. 44. n. 6. (b) Clarus d. loc. nu. 6. Tiraq. de pœn. cauſ. 56. Schneid. ad princ. Inſtit. h. t. per text. in l. ſeruos ibi impunitati donauerit. C. ad l. Iul. de vi pulb. Etſi enim hoc quandoque fiat videndum tamen non quid fiat ſed quid fieri debeat l. ſed licet 12. de offic. præſ. (c) Dd. dd. locis.

## XVI.

*Ergo & eum cui indulgentia Principis furta* (a) *remiſſa ſunt, ſi ea adhuc vno cumulauerit,* (b) *furumq; receptatores hodie hac pœna teneri non ambigendum* (c) *Quam tamen an patiantur perſonæ domeſticæ,* (d) *rem furtiuam ementes,* (e) *aut quos ad furandum*

*dum impulit neceſsitas,(f) quæſtionis eſſe poteſt? Et priorem affirmo, in poſterioribus negantium ſententiæ ſubſcribo.*

(a) propter vnum enim furtum furem ſuſpendendum non eſſe Comm. eſt opinio. Clar. §. furtum nu. 9. nec propter bina Clar. d. lo. nu. 8. Damhaud d. loc. niſi ſpecialis conſuetudo diuerſum ſtatuerit. Clar. d. loc. l. 1. & 2. C. quæ ſit long. conſuet. VVeſenb. in parat. de pœn. nu. 10. (b) Clar. d. §. nu. 12. ſiue priora extra id territorium, ſiue in eodem admiſſa fuerint Clar. d. loco nu. 10. (c) Clar. §. fin. quæſt. 90. nu. 9. l. eos qui 14. & ibi Baldus C. h. t. (d) vid. Clar. d. ſæpe §. num. 22. (e) bona fide nimirum qui rem reſtituere cogitur ſi extat nullo pretio reddito, l. ciuile eſt 5. C. h. t. Clar. d. loc. nu. 26. ſi nõ extat quanti factus locupletior Couarr. in repet. cap. peccatum de R. I. in 6. mala autem fide emẽs ſi hoc ipſo cauſam furandi præbet, non ſecus ac principalis puniendus, vid. theſ. 14.

## XVII.

*Imò tanta in fures odij ſtatuta ſæuitia eſt, vt liceat furem nocturnum, ſi res alias ſalua eſſe nequeat, fur quoque non noſci aut capi, & clamore teſtificatum ſit interimere, (a) diurnum ſi ſe telo defendat, rebusq; ſuis dominus non alia ratione quam morte furis conſulere poſsit. (b)*

(a) Clarus d. §. furtum nu. 17. d. §. homicidium nu. 25. & 47. l. 4. ad l. Aquil. l. furem 9. ad l. Cornel. de ſicar. (b) d. l. 4. Schneid. ad Tit. Inſt. de l. Aquil. n.

## XVIII.

*Atque hæc de furtis rapina ſequitur, quæ cum à furto nõ multum diſtet, (a) furtumq; improbius dicatur, (b) definiri poteſt fraudulosa & violenta rei alienæ mobilis contrectatio. (c)*

(a) hæc enim vi & palam committitur, l. 2. § 24. h. t. VVeſ. in princ. h. t. (b) §. 1. Inſt. h. t. (c) d. §. 1. h. t. l. 2. §. 13. eod. Schneid. ad princ. tit. noſt. nu. 8. §. ita tamen Inſtit. eod. l. 2. §. dol. & §. hac actione ff. eod.

## XIX.

*Et quemadmodum in priori delicto iure ciuili actiones proditæ fuerunt, quæ contra furem experiebatur, (a) ita & contra raptorem non ſolum ſigulari actone prætoria, quæ vi bonorum raptorum appellatur, (b) ſed & furti tam manifeſti quàm nec manifeſti (c) vindicatione, condictione furtiua, Actione l. Aquiliæ (d) Conſtitut. l. ſi quis in tantam, (e) & l. Iulia de vi publica & priuata agi poteſt. (f)*

(a) de quib. dict. theſ. præced. (b) l. 2. in princ. h. t. §. 1. Inſt. eod. qua intra annum quadruplum, poſt annum ſimplũ agens conſequebatur, §. 19. Inſt. de action. §. 1. Inſt. h. t. d. l. 2. §. 13. eod. (c) l. 80. §. 4. de furt. contra Mynſ. Inſt. in prin. h. t. Schneid. in prin. eod. nu. 10. (d) l. 2. §. 26. d. t. (e) quæ extat ſub t. C. Vnde vi vid. Schneid. ad §. ita tamen nu. 3. & ſeqq. Inſt. d. t. (f) l. 2. in princ. h. t. l. 3. ad l. Iul. de vi publ. l. 1. §. 1. ad l. Iul. de vi priu. Raptorem igitur nõ leuius puniri quam furem ad tollendam inanem Dd. hac de re altercationem cum Cuiacio aſſero in parat. C. h. tit. vid. Schneid. ad princ. Inſtit. h. t. Zaſ. ad §. ex maleſ. Inſtit. de action.

## XX.

*Sed & hæc mutata ſunt, raptoresq; hodie non ſolũ amputatione capitis plectuntur, (a)*

ſed

*ſed & impunè à quouis, ad defenſionem ſui, fortunarumq́ ſuarum facta propulſatione, interficiumur.* (b)

(a)communi atteſtante experientia, (b)l.4.& l ſcientiā §.1 ad l. Aquil.l.1.C.vnde vi. argum.l.vt vim vbi Paulus Caſtr. & Com.Dd.de iuſt.& iur.l.1. C.quan.lic.vnic.ſi iud. ſe.def l.ſed & partus quod metus cauſa.Coſt.ad d.l.vt vim.Cuiac.5.obſ.18.Gaill 2.obſer. 100. Hugo Donell.ad d.l.1.C.vnde vi num.4.& ſeqq.

## XXI.

*Vnde reſultat quæſtio an inuaſus, qui fugere quidem potuit, ſed noluit, fugere, & ictū primum expectare, nec armis vti, niſi armis impetetur, debuerit, vt moderamen inculpatæ tutelæ nō dicatur exceßiſſe? Et nec fugiendum,* (a) *etiamſi aggreſſor nobilis, alter ruſticus fuerit,* (b) *nec primum ictum expectandum,* (c) *armisq́ vtendum, ſi ſine armis aduerſarium inualentem prohibere non poſſumus, aut aliter nos tueri, ſtatuo.* (d)

(a)argum.l.1.C.vnde vi, vbi Donell.nu vlt. præſertim ſi fuga periculum honoris aut vitæ adferre poſſet Gaill d.lib.2.obſ.100.nu.13.& lib.pac.pub.cap.6.num.5. (b)eſt enim defenſio iuris naturalis,l.vt vim 3.de iuſt.& iur vbi Caſtr.n.4. & ſic nulli per principem auferri poteſt,nec per legē Franciſc.Curt.in annotat.ad Caſtr.in d.l.3 d.t.lit.f.(c)d.l.1.C. vnde vi & ibid. Donell.num.3. facit d.l 3.vt vim, & d.l.ſcientiam, vid.l.ſi ex plagis §.1.ad l.Aquil.(d)Donell.d.loco num.7.vid.l.1.§.vim vi,l.3.§.cum igitur ff.eod.

## XXII.

*Cæterum an Principes, Comitésve ad cuſtodiam ſui territorij eatenus teneantur, vt ad damnum à raptoribus illatum, refundendum obligati ſint tranſeuntibus, quæritur? Et teneri concludo & finio.*

per l.3.l.congruit,de offic.præſ.l.1.§ quoties,de offic.præſ.ſi modo publicam viam & conſuetam ingrediantur,l.1.§ parui de his qui deiec. vel effud. quocirca etiā milites,vulgo ein Conſon/qui bona ſibi concredita,deferenda habent, ſi fortè propter petulanciam & laſciuiam hoſtem negligendo ea auferri patiantur, ad eorum reſtitutionem tenebuntur,argum.dd ll. & ſtipendio donec perſoluant, aut id damno æquiualeat meritò carebunt.

153255

AB: 153255

(X 2203998)

K

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-450239-p0011-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-450239-p0012-1

# THESES EX TIT. FF. C. ET INST. DE FVRTIS ET VI BONORVM RAPTORVM DESVMPTAE.

QVAS DIVINA AVXILIANTE GRATIA, SVB PRAESIDIO CLARISSIMORVM CONSVLTISſimorumque virorum, D. Ioannis Michaëlis Cronenburgeri, & D. Ioannis Hollandt SS. LL. Licent. Dictatoris & Fiſci, in celeberrimo IC. Agrippinenſ. Collegio, publicè diſputandas proponit.

CHRISTOPHORVS GOSMANNVS.

*Anno à partu virginis CIↃ. IↃ. XCIII. XXIX. Aprilis.*




COLONIAE AGRIPPINAE
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

Rr

90

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-450239-p0013-7